colorem ſorbentibus medicamentis hoc cũ fecere non appar& in uelis: ſed in cortina pingi. In feruentes aquas merſa poſt momentum extraheretur picta. Mirumq; cum ſit unus in Cortina colos. Ex illo alius: atq; alius fit in ueſte accipiẽtis medicaminis qualitate mutatus: nec poſtea ablui poteſt. Ita cortina non dubie confuſura colores ſi pictos acciper& digerit ex uno: pinxitq; dum coquit̃ & aduſtę ueſtes firmiores fiũt ꝗ ſi non urerentur.

DE pictura ſatis ſuperq; contexuiſſe his & plaſticem conueńat eiuſdẽ opere terra fingere & argilla ſimilitudĩes Dibuzades ſytioĩus figulus priũs ĩuenit corĩthi filię opera: quę capta amore Iuueĩs illo abeũte pergere umbrã ex facie eius ad lucernã in pariete lineis circumſcripſit: quibus pater eius impraeſſa argilla typum fecit & cũ ceris fictilibus ĩduratum igni propoſuit: eumq; ſeruatũ in nympheo donec corĩthũ Mummius euerter& tradũt. Sunt qui in ſamo primus omniũ plaſticem inueniſſe rhetum & Theodorum tradũt multo ãte bachiadas corĩtho pulſos. Dein aratũ uero ex eadem urbe profugũ: qui in hetruria Tarquinium regem populi Romani genuit comitatos fictores Euciropum Eugramum ab his Italiae traditam plaſticẽ. Bucadis inuẽtum eſt rubricam addere: aut ex rubrica cretã fingere: primuſq; perſoãs tegularũ extremis umbricibus impoſuitq; ĩter initia proſtipa uocauit. Poſtea idem ectipa fecit hinc & faſtigia tẽplorũ orta propter hũc plaſtices appellata. Homĩs autem imaginẽ gypſo e facie ipã primus omniũ expręſſit: ceraq; in eam formam gypſi ĩfuſa emẽdare inſtituit Lyſiſtratus ſytionius frater Lyſippi: de quo diximus hic & ſimilitudinem reddere ĩſtituit. Ante eum ꝗ pulcherrimas facere ſpõdebãt. Idem & de ſignis effigiẽ exprimere ĩuẽit. Creuitq; res in tãtum ut nulla ſigna ſtatuę ue ſine argilla fierẽt: quo appar& ãtiquiorẽ hãc fuiſſe ſciẽtiã: ꝗ fũdẽdi ęris plaſte laudatiſsĩ fuere Damophylus & Corgaſus. Idemq; pictores qui ędem Cereris romę ad circũ maximũ utroq; genere artis ſuę excoluerat uerſibus ĩſcriptis gręce: qbus ſignificarũt a dextra opa damophili eſſe a parte leua Gorgas ãte hãc ędem Tuſcana omĩa in ędibus fuiſſe auctor eſt Varro & ex hac cum reficeretur cruſtas parietum exciſis tabulis imagĩatis ĩcluſas eſſe. Item ſigna ex faſtigiis diſperſa fecit & Calchoſthenes cruda opera Athenis. Qui locus ab officina eius ceramicos appellatur. M. Varro tradit ſibi cognitum Romae Poſimiũ nomĩe: a quo facta pometia uaſa. Itẽ piſces quos aſpectu a ueris diſcernere uix poſſes Idem magnificat Archeſilaũ. L. Luculli familiarẽ: cuius plauſtica pluris ueĩre ſolita artificibus ipſis ꝗ aliorum opera. Ab hoc factam uenerẽ geĩtricem in foro Cęſaris: & prius ꝗ abſolueretur feſtiatione dedicãdi poſitam ibidem a Lucullo. lib. lx. ſignum foelicitatis locatũ cui mors utriuſq; ĩuiderit. Octauio equiti romano crateris facere nolẽti exẽplar e gypſo factum talẽto. Laudat & Praxitelẽ qui plaſticẽ matrẽ Celaturę & ſtatuarię ſculptureq; dixit & cum eſſ& in omnibus his ſummus nihil unquã fecit anteꝗ finxit. Preterea elaboratam artem hãc italię & maxime hetrurię & uulgum hic accitum a fragellis cum locar& Tarquinius priſcus iouis effigiẽ in capitolio dicandã fictilẽ eam fuiſſe: & ideo mirari ſolere fictiles in faſtigio tẽpli eius quadrigę de qbus ſępe diximus. Ab hoc eodem factum Herculẽ: qui hodieq; materię nomen in urbe retinet: hęc enim tum effigies deorum erãt lautiſſimę: nec pęit& nos illoꝝ qui tales eos coluere. Aurum enim Argentum ne diis quidem conficiebant.

DVrant etiam nunc in pluribuſq; locis talia ſimulacra Faſtigia quidem tẽplorũ etiam in urbe crebra & municipiis mira celatura & arte: ęuiq; formitate ſeriora Auro certe Innocẽtiora in ſacris quidẽ iam ĩter has opes nõ myrrhinis hodie chriſtalliſue: ſed fictilibus prolibat̃ ſimpuniis ĩenerrabili terrae beniguitate ſi quis ſingula extĩ& etiam aut omittantur in frugum uini pomorum herbaꝝ fruticũ medicamentorum metallorum generibus Beneficia eius queque adhuc diximus uel aſſiduitate ſatiant Figulinarum opera imbricibus doliis ad uina excogitatis ad aquas tabulis ad balnẽas